

SPRAWOZDANIE

DYREKCYI

C. K. WYŻSZEGO GIMNAZYUM

W DROHOBYCZU

ZA ROK SZKOLNY

1905.

0110



TREŚĆ:

1. MATERIAŁY DO HISTORII KOŚCIOŁA W DROHOBYCZU.
WYDAŁ FELIKS GĄTKIEWICZ.
2. CZĘŚĆ URZĘDOWA PRZEZ DYREKTORA.

—

NAKŁADEM FUNDUSZU SZKOLNEGO.



Z Drukarni Jana Brosia w Drohobyczu.

1905.

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000



MATERIAŁY DO HISTORII KOŚCIOŁA W DROHOBYCZU

WYDAŁ

FELIKS GĄTKIEWICZ

W sprawozdaniach c. k. gimnazjum drohobyckiego za r. 1903 i 1904 ogłosiłem rozprawę p. t. „Kościół w Drohobyczu Szkic historyczno opisowy“. Rzeczą była zrobiona niejako na zamówienie z ograniczeniem czasu — do czerwca i z ograniczeniem miejsca do dwóch, najwyżej trzech arkuszy objętości. Gdy do tych krępujących więzów dodam niemożność zapoznania się z całym materiałem surowym przed przystąpieniem do właściwej pracy, — gdy dodam brak źródeł historycznych, przystępnych tylko w centrach nauki, to choć w części usprawiedliwię nieokładności i ugrupowanie opisu, które wcale nie odpowiadało mojej intencji. Przecież, gdy dla braku środków naukowych na tak zwanej prowincji nie łatwo pisać pracę, ten pomnik, nie w stolicy źródeł naukowych ale w miejscu, na podstawie miejscowego materiału, o ile zachowany, można było nakreślić. Dla udokumentowania wniosków w pracy, równie dla przysporzenia cegiełek budowniczym przeszłości dziejowej Drohobycza, umieszczam w sprawozdaniu gimn. b. r. „Materiały do historii kościoła w Drohobyczu“. Materiały przechowuje archiwum miejskie i kościelne. Dla braku miejsca uwzględniłem w publikacji część tylko materiału, pierwszorzędnej wartości, z archiwum miejskiego. W archiwum kościelnym tutejszego probostwa znalazłem:

1. Inwentarz z r. 1743 z wizytacji ks. biskupa przemyskiego, Wacława Hieronima Ogończyk z Bogusławic Sierakowskiego.

2. Inwentarz 1797 r. z wizytacji biskupa przemyskiego, Antoniego de Gołasze Dąb Gołaszewskiego, spisany przez ks. proboszcza Ignacego Jarockiego. Autor wspomina we wstępie o różnych inwentarzach, zaprzepaszczonych lub oddanych kapitule chełmskiej; w dalszym ciągu grupuje materiał w rozdziałach: „Stan kościoła, Wieś Dobrowlany, Grunta kościelne, Pleban drohobycki, Prowenta kościoła i plebana, Księża przy kościele, służba, Księży i kościelnych służących liczba dawniej a teraz, co który brał a bierze, Szpital ubogich, Sprzęt kościoła, Wioski, w których administruje kościół drohobycki”. Właściwie inwentarz ten wyszedł poza ramy swoje, przybrał formę kroniki, którą ks. Jarocki upamiętnił swe rządy duszpasterskie w Drohobyczu. W tem miejscu ośmielę się zwrócić uprzejmą prośbę do obecnego Przewielebnego ks. Proboszcza, by zarządził łaskawie przyszłym wiekom na świadectwo spisanie kroniki właśnie rozpoczętej restauracji kościoła.

3. Liber Memorabilium z pierwszej połowy XIX. w. zawiera napisy na ścianach kościelnych, imiona księży poprzednich wieków.

4. Inwentarz z r. 1890.

5. Kopie lub oryginały zapisów, skarg, podań, prośb, fasyi — rozporządzenia władz austryackich.

W Drohobyczu 26. maja 1905.

Feliks Gąthiewicz.

I.

1392 R. 16. GRUDNIA W DROHOBYCZU.

Władysław Jagiełło wyznacza na budowę kościoła N. P. Maryi w Drohobyczu 6 kóp groszy rocznie; ks. proboszczowi przy tym kościele pozwala założyć rybnik nad potokiem Pobug i daje mu na mieszkanie dworek Niedźwiedziowe Dworzyszcze.

Kopia, przechowana w archiwum probostwa drohobyckiego, drukowana w Aktach grodzkich t. IV. str. 7. Równie na probostwie jest kopia potwierdzenia tego przywileju przez Zygmunta I. 1509 r.

II.

1456 R. 25. PAŹDZIERNIKA W SANDO-MIERZU.

Kazimierz Jagiellończyk wykupione sołtystwo w Dobrowlanach przez Marcina ołtarzystę zatwierdza jako prebendę ołtarza Bożego Ciała w rz. kat. kościele drohobyckim.

In nomine Domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Quia tunc multis dubiorum et errorum occurimus machinationibus, gesta aetatis nostrae litterarum apicibus et testimonialibus perennamus. Proinde nos Kasimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum etc. Significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis, quomodo cupientes diem extremi iudicii piis operibus praevenire et cultum divinum ad honorem Dei Omnipotentis et Eius Gloriosae Virginis Mariae, in ecclesia parochiali in Drohobiez dioecesis Premisliensis collacionis nostrae ampliare, sculteliam in villa Dobrowlany ecclesiae praedictae, quam discretus Martinus altarista in ibidem cum suis consanguineis, pro priis pecuniis, de voluntate honorabilis Mathiae, plebani pro tunc, in Drohobiez, comparavit et exemit, quam comparisonem et exemptionem reverendus dominus Petrus, episcopus olim cum suo capitulo premisliensi pro eodem altari incorporavit et appli-

cavit, super quibus incorporacionibus et applicacionibus predicto altari et eius altaris lae Martino et aliis pro tempore existentibus nostrum regium consensum et appensum damus perpetuis temporibus et praebemus tenore presentium eandemque litteram praedicti domini Petri, olim episcopi et eius capituli premisliensis et litteram Mithiae plebani, quas volumus hic habere pro insertis et . . . in omnibus punctis, clausulis et articulis ratificamus, approbamus, robur perpetuae firmitatis decernimus obtinere, mandamusque et committimus domino loci ordinario aut officiali suo premisliensi, pro tempore existenti, censuarios eiusdem altaris ad solvendum census et proventus primo altaris lae et aliis pro tempore existentibus censuris ecclesiasticis complere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum Sandomirie, feria secunda proxima ante festum St. Simonis et Judae, apostolorum, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. praesentibus magnificis ac generosis dominis, Johanne de Rzeschow, castellano et capitaneo, Johanne de Thanczin pallatino, Andrea Leopoliensi, Nicolao de Zakrzew Vysliciensi, castellano et aliis.

Datum per manus Venerabilis Joannis de Bzeze, doctoris in utroque iure, pallatii causarum auditoris. L. sigilli appensi.

Odpis w księdze pamiątkowej probostwa drohobyckiego, sporządzoney z aktów miejskich. Czego dowodem napis u dołu :

Quodquidem privilegium officium praesens advocatiale et scabinale iuratum Drohobyicense ad acta suscepit et ex his authentice extradi mandavit, in cuius rei idem sigillum advocatiale impressum.

l. s.

Michael Lactini

notarius iuratus drohobicensis.

III,

1507 R. 25. LUTEGO W KRAKOWIE.

Zygmunt I. pozwala Drohobyczowi pobierać myta za sól i towary.

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque etc. Dominus et haeres. Significamus

tenore praesentium, quibus expedit universis. Quomodo attentis gravibus damnis oppidanorum nostrorum de Drohobicz, quae per impetum hostium Crucis Christi graviter perpassi sunt, considerantes etiam viarum difficultatem circum hoc ipsum oppidum et intra, itaque homines illud oppidum propter malam viam transgredi consueverunt incolaeque eiusdem ob eam incommoditatem rebus suis et victui debite consulere non possunt, volentes igitur de nostra gratia et benignitate Regia ipsis oppidanis nostris de Drohobicz subvenire, ut eo facilius ad meliorem condicionem redire valeant, praefato oppido nostro Drohobicz pro commonditate ipsius meliori a quolibet carru sive talenga integro et millenario sale ac aliis mercibus repleto, quotienscunque dictos currus seu talengas cum sale et mercibus per ipsum oppidum ire contingat, per tres denarios omnimodam facultatem exigendi, recipiendi, tollendi duntaxat ad beneplacitum nostrum regium dedimus, concessimus et donavimus, damusque et concedimus et donamus gratiose praesentibus litteris nostris, de quibus quidem pecuniis, taliter exigendis, consules dicti oppidi vias intra ipsum oppidum et in plateis eiusdem ac circumquaque oppidum, ubi opus fuerit, debite reformare debebunt et tenebuntur pro meliori et faciliori curruum et talengarum transitu. Quocirca tibi Generoso Nicolao Gliniski, tenentario Drohobycensi, aliisque pro tempore tenulariis existentibus mandamus distincte praecipiendo quatenus praefatos oppidanos nostros drohobicenses in ipsa donatione nostra conserves conservarique facias ad beneplacitum nostrum. In qua eos tuearis ac defendas, provisurus etiam, ut dicti cives praefatarum viarum reformationi debite intendant, pro gratia nostra aliter non facturus. Harum, quibus sigillum nostrum est subappensum, testimonio litterarum. Datum Cracoviae in Conventione generali, feria quinta in crastino Sancti Mathiae Apostoli. Anno Domini millesimo quingentesimo septimo. Regni nostri primo.

Mathias D. Episcopus
et vicecancellarius
subscriptus

Relatio Reverendi in Christo patris domini Mathiae episcopi premisliensis et regni Poloniae Vicecancellarii.

Dokument oryginalny, pergaminowy, dobrze zachowany, po pieczęci zostało nacięcie.

IV.

1511 R. 15. GRUDNIA W KRAKOWIE.

Zygmunt I. zezwala Drohobyczowi pobierać 3 denary za sól i towary na ulepszenie dróg.

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, Magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque dominus et heres etc. Significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis. Quia patientes, calamitosae conditioni incolarum civitatis nostrae drohobycensis, volentesque, ut tempore felicis nostrae regiminis ad uberiora valeant devenire incrementa, ipsos tres denarios ratione reformationis viarum a singulis mercatoribus per civitatem ipsam euntibus ac pro sale venientibus per proconsulem et consules tollendos, levandos et percipiendos dedimus et admisimus, damusque et admittimus praesentibus ad beneplacitum voluntatis nostrae duntaxat. Ita tamen, quod ipsi consules discrimina viarum circumcirca civitatem ipsam existentium debite reformat, reformatique debebunt et tenebuntur, quod cuilibet tutus et securus pateat transitus. Harum, quibus sigillum nostrum est subappensum, testimonio literarum. Datum Cracoviae feria secunda proxima post festum Sanctae Luciae. Ann. Domini millesimo quingentesimo undecimo. Regni nostri quinto.

Mathias D. episcopus
et cancellarius.
subscripsit.

Relatio Reverendi in Christo
patris episcopi premisiensis
et regni Poloniae Cancellarii.

Dokument oryginalny, na pergaminie spisany, dobrze zachowany. Z pieczęci został tylko orzeł na czerwonym laku, przytoczony paskiem pergaminowym, odciętym od dokumentu

V.

1520 R. 26. MAJA . . .

Zygmunt I. uwalnia Drohobyczan od udziału w reparowaniu Grodu Przemyśla.

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, Magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque, dominus et heres. Significamus tenore

praesentium, quibus expedit, universis praesentibus et futuris, harum notitiam habituris, quod, cum providi cives et oppidani nostri Drohobicenses in . . . saepius apud nos querebantur de Magnifico Petro Kmita Sobieski de Visnycze, curiae nostrae marsaleo et capitaneo Sandomiriensi, sincere nobis dilecto et eius vicesgerentibus premisliensibus, pro tempore existentibus, quia eos ad reparationem castris nostri Premisliensis cogere, asserentes, se cives praefati propter longam distantiam loci, quo a civitate Premisliensi degunt, non posse sufficere, nec de iure ad . . . huiusmodi reparationem castris tenere ultra fortalitium Drohobicense, quod apud salinas nostras Drohobicenses et ad conservationem incolarum illorum Drohobicensium erectum et constructum est illiusque fortalitii velut receptaculi . . . hostili excursionione confugiunt, reparationem et munitionem oppidi praefati Drohobicensis facere et intendere velle . . . propterea . . . ut eos a reparatione huiusmodi castris nostri Premysliensis velut illis insolita et intolerabili . . . et deinceps cogere illos non permetteremus. Nos autem, non volentes ex ipso Magnifico Petro Kmita de Visnycze, marsaleo nostro et capitaneo Premisliensi praefato, aliquod in ea re testimonium consonum habere, uti ipsi cives et oppidani Drohobyenses ad reparationem huiusmodi castris Premisliensis faciendam tenerentur et obligati fuissent, intelligentesque neque inde illos propter remotam distantiam loci necessitate ingruente confugere posse et ad reparationem ipsam strenuam eo minus teneantur. Ideo ipsos et ipsorum . . . ab huiusmodi reparatione castris nostri Premisliensis . . . Drohobyensis oppidi nostri praefati propter conservationem suam facere tenebuntur eruntque astricti perpetuae et in aevum. Harum, testimonio litterarum, sigillum nostrum est subappensum. Datum . . . sexta ante Dominicam Pentecosten, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo, regni vero nostri quarto decimo.

Cristoforus de S. Palat. et c.
Cracoviensis ac regni Poloniae
cancellarius subscrip.

Relatio Magnifici Cristofori de
Schidlovijecz palatini et capitanei
Cracoviensis ac regni
Poloniae cancellarii etc.

Przywilej pergaminowy, oryginalny; po pieczęci zostało nacięcie, pismo w wielu miejscach wytarte, spłowiałe.

VI.

1523 R. 18. STYCZNIA W KRAKOWIE.

Zygmunt I. ustanawia porządki w Drohobyczu.

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, Magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque etc. dominus et heres. Significamus etc. Quia cum communitas oppidanorum oppidi nostri Drohobicz coram nobis constituta, questa esset contra generosum Stanislaum Małdrzyk, Tribunum Leopoliensem et capitaneum Drohobycensem ac proconsulem et consules oppidi illius pro iniuriis et gravaminibus, quibus ab ipsis se affici et opprimi asserbant, commiseramus nonnullis commissariis et officialibus nostris super his debitam cognitionem facere, ac de omnibus diligenter perquirere, ad quorum deinde relationem in praesentia partium ordinationem infrascripto ordine inter eos fecimus. Inprimis prout querebatur communitas se gravari diversitate et inaequalitate tunnarum, in quibus cerevisia venditur et quod capitaneus illis mandaret sub paena quatuordecim marearum maiores aut minores tunnas habere et illas pro suo arbitrio immutare. Super ea differentia sic observandum fore, decrevimus et praesentibus decernimus, ut in toto oppido illo sint aequales tunnae, integrae similiter et mediae tunnae sic videlicet, ut tunna quatuor choros in se contineat et media tunna duos choros et nullus praesumat deinde cerevisiam in tunna vel media tunna alicui vendere, quae signata non fuerit. Unusquisque braxatorum signari faciat tunnas suas signo civitatis in praesentia capitanei vel sui vicecapitanei, advocati et consulum civitatis illius, in quibus demum ita signatis cerevisiam vendant et non aliter. Item querebatur, quod quando capitaneus ab illis cerevisiam in tunnis pro suo usu percipit, illas quinque grossis duntaxat solvere consuevit cum eorum gravamine, quae aliquando etiam per decem grossos venduntur, super eo ita ordinamus, quia capitaneus pro usu castris sui non debet recipere cerevisiam a civibus praedictis duntaxat a qualibet braxa cerevisiae unam mediam tunnam quam quinque grossis solvet. Si vero plures tunnas recipere ab uno cive ex una coctura cerevisiae voluerit, illas solvere tenebitur foro communi vel alii cives vel villani emere et solvere consueverunt. Item ordinationem per communitatem inter eos factam, quod nullus possit

braxare cerevisiam solum modo decursu duarum hebdomadarum et non antequam se fecisse asserebant de unanimi omnium consensu. Propter subsidium pauperum civium, ne videlicet perditiones frequenti braxatione opprimerentur, considerantes illam ordinationem consensu omnium factam fuisse eandem conservamus in robore et volumus ita fore per eos observandam ad nostrae Maiestatis beneplacitum. Item querebantur, quod capitaneus ex delatione et accusatione nostri consulatus inculpabat antiquos consules et exactores, quomodo ipsi exactiones antiquas cz. powe et szosy tempore eorum officii exactas non integre extraderent et magnam partem illarum circa se retinerent, eos propterea fures et spoliatores Reipublicae appellandos cum tamen ipsi asserebant omni anno superioribus annis se coram communitate de perceptis et expositis debitam fecisse rationem, super hoc ita decernimus quod ex quo de perceptis et expositis tempore sui officii rationem debitam fuisse, rationem fecerunt capitaneus et consules moderni aut alius quisque non debent eos ulterius propterea culpare neque eis istud obicere et quicquid contra eos praemissorum occasione per quemcunque dictum est illud famae et honori eorum et posteris eorum nullum affere debet nocumentum perpetuis temporibus. Item volumus et ordinamus, quod consules pro tempore existentes in omni necessitate et negotio Rempublicam et bonum statum civitatis concernentes, debent stare simul cum communitate in negotiis, cum capitaneo agendis, quam aliis quibusvis per communitatem disponendis. Item querebantur oppidani praedicti se damnificatos per novos consules in viginti marcis occasione Poponis Jurgowski dicti, ex quo tamen ea differentia per concordiam est iam pridem terminata, non debent istud innovare sed iuxta concordiam inter eos factam omnia debent sortiri effectum suum. Item si aliquando contigerit ob excessum et demeritum oppidani alicuius aliquem consulem vel quemvis alium civem bonae famae carceris sessione puniri usu debent deinde consules residentes huiusmodi homines incarcerandos non mittere in eum carcerem in quem fures et malefactores mittuntur seu incarcerantur, sed debent servari in praetorio in aliquo loco honestiori ubi ex antiquo cives bonae et honestae famae incarcerabantur et sessione carceris puniebantur. Item ministeriales terrestres pro testimoniis aliquibus aut aliis actibus iuridicis et ad forum et ius civile spec-

tantibus non debent de cetero in praetorium consules advocare neque alius quispiam similiter et capitaneus nunquam debet in futurum aliquid facere iuri eorum civili contrarium, sed in omnibus iuxta iuris civilis consuetudinem debent conservari. Item occasione fori liberi carnium facimus ordinationem, quam aliis litteris nostris scribi iussimus, quod ab utraque parte iuxta illarum tenorem volumus in omnibus observari. Item volumus et ordinamus, quod literae et munimenta civilia, quae ad praesens in praetorio servantur propter meliorem securitatem ab hostium incursu et ignis voragine de cetero in tesauo ecclesiae in sacristia observari debent et non in praetorio, quia ille locus est in omni necessitate et casu securior. Item volumus observari, ut consules antiqui cum communitate vel etiam sola communitas nunquam deinceps faciant nec facere debeant privatas aut publicas congregationes aut conventicula ad consulendum de rebus quibuscunque sine licentia et admissione proconsulis et consulatus residentis, quia ista solent affere nocuum in Republica et scisionem ac intestinas discordias. Item volumus et statuimus ut in campis, dictis Zadubicaleie, quos Ryszczycki occupaverat et capitaneus noster ab illo iure mediante eos reperit, oppidani nostri pecoribus eorum pascua habeant libera absque quavis capitanei pro tempore existentis contradictione et impedimento. Item ex braseis, ex molendinorum nostrorum emolumentis, provenientibus, quae magno praetio sibi vendi queruntur per capitaneum et eius factores commissimus discretioni capitanei praedicti, ut habita ratione valoris tritici oppidanos praedictos conservent, ut equum et iustum fuerit, quo non habeant occasionem iustam de his contra eum conquerendi. Quam quid ordinationem et decretum nostrum in partis utriusque praesentia modo praemisso factam volumus et mandamus ab utraque parte firmiter ac inviolabiliter observari pro gratia nostra. Harum, testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum est impressum. Actum et datum Cracoviae die Sanctae Priscae Virginis. Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo tertio, Regni vero nostri anno sexto decimo.

Relatio Reverendi in Christo Patris domini Petri episcopi polnaniensis

Transumpt w oryginalnym przywileju Stefana z r. 1579, Zygmunta III. z r. 1593, Jana Kazimierza 1650 r.

VII.

1537 12. WRZEŚNIA R. WE LWOWIE.

Zygmunt I. daje pół grosza z cla w Gruszowie Janowi Kamionackiemu, advokатовi drohobyckiemu i jego potomkom.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Kuiaviae, Russiae, Prussiae, Culmensis, Helbiniensis, Pomeraniae, Masoviaeque etc. dominus et haeres. Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, harum notitiam habituris. Quod quamvis nos superioribus annis generoso Joanni Kamionaczki Drohobicensi, Grodecensi, Lubaczoviensi capitaneo et pro tunc advokato Drohobicensi, fideli nostro dilecto de theloneo pontali in Grussova in districtu Drohobicensi propter eius fidelia servitia, quae nobis hactenus praeslitit ad eius vitae tempora extrema unum grossum ratione ipsius advocatiae Drohobicensis, quam ad praesens possidet tollendum et percipiendum dederamus et concesseramus. Quia vero ad praesens coram nobis constitutus ipse Joannes Kamionaczki nobis humiliter supplicavit, ut ex eodem theloneo pontali et ratione istius grossi, quem ipse ad vitam est percepturus, medium grossum sibi et eius successoribus perpetuo de benignitate nostra regia dare et concedere dignaremur. supplicationibus ipsius Joannis Kamionaczki acclinati, tum volentes, sibi pro eius servitiis, quae nobis in administratione suorum capitaneatum sibi a nobis commissorum per plures annos nobis commode praestitit et in futurum praestare poterit, gratiaque nostra singulari eum complecti cupientes, eidem et suis successoribus praefatum mediantem de memorato theloneo in Grussova, pro quocunque usu suo arbitrio eius et suorum successorum convertendum de certa nostra scientia et gratia nostra singulari ac de consilio consiliariorum nostrorum sub hac generali bellica motione huc nobiscum ad praesens existentium dandum, donandum et conferendum duximus, damusque donamus et conferrimus praesentibus perpetuo et in aevum ipsum Joannem Kamionaczki et eius successores legitimos prae-

fatum medientem de praedicto theloneo obveniendum, tollendum, percipiendum exigendum ac in suos successorumque suorum usus beneplacitos convertendum praesentium tenore mediantem conditione etiam adiecta, quod si ipse Kamionaczki beneficium quodcumque aut censum ecclesiae alicui de eodem mediente thelonei praefati quomodocumque facere, erigere, inscribere voluerit, poterit id facere impedimento ad quod nos ei praesentibus litteris nostris praebemus et eiusdem censum seu thelonei praefati repetitiones non nisi ad forum iudicii spiritualis recursus habeatur in aevum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Datum in civitate nostra Leopoliensi, feria quarta ante festum Exaltationis Sanctae Crucis, proxima. Anno Domini millesimo, quingentesimo trigesimo septimo, regni vero nostri anno tricesimo primo. praesentibus, Reverendissimo in Christo patre domino Bernardino Vilczek de Lubienie, Archiepiscopo Leopoliensi, nec non magnificis, generosis ac venerabilibus, Joanne comite a Tarnów castellano Cracoviensi et capitaneo Sandomiriensi Petro Kmita de Visnicze, comite, palatinoque Cracoviensi, regni nostri marsalco, Scepusiensi, Premisliensi et Colensi capitaneo, Joanne comite a Tenczin, Sandomiriensi, Belzensi, Helmensi, Rathnensi, et Crasnostaviensi capitaneo, Stanislaw de Sprova Russiae etc. Opoczensi capitaneo, Stanislaw de Cuthno, Ravensi Stanislaw Odrowasz de Sprova Podoliae palatinis, Spithkone de Tarnow Radomiensi, Sijradiensi, Krzepiczensi et Krzeszowiensi capitaneo, Nicolao de Pileza Leopoliensi, Nicolao Odrowskij Premisliensi et capitaneo Leopoliensi, Bernardo Macziejowski Lublinensi et capitaneo Zachoviensi, castellanis, Paulo de Vola regni nostri Vicecancellario, burgrabio Cracoviensi et capitaneo Gostinensi, Samuele Macziejowski Gnesnensi, Joanne Zbąski decano Posnaniensi, Cracoviensi, secretariis nostris, testibus ad praemissa fide dignis, dignitariis et officialibus aulicisque nostris sincere et fidelibus nostris dilectis. Datum per manus Magnifici Pauli de Volia Regni Poloniae Vicecancellarii, burgrabii Cracoviensis et capitane Gostinensis sincere nobis dilecti.

Wyjęte z potwierdzenia oryginalnego N. XV.

VIII.

1537. R. 17. LISTOPADA W KRAKOWIE.

Zygmunt I. pozwala szpitalowi ubogich przy kościele warzyć sól na dwóch panwiach w żupach drohobyckich.

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae ac Masoviae etc. dominus et heres. Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, Quia nos benignam habentes rationem pauperum in hospitali Drohobyensi commemorato, volentesque de nostra pietate regia eorum paupertatem ope nostra sublevare, eidem hospitali liberam coctionem salsuginis alias szyrowicze ¹⁾ ad duas patellas, quas vulgo Crzany vocant omni tempore, non expectata ordinaria vicissitudine, hoc est bess okolijcze ²⁾ in zuppis nostris drohobyensibus de certa scientia nostra regia, permittendam duximus, permittimusque praesentibus ad beneplacitum duntaxat voluntatis nostrae valiturae. Quare tibi zuppario nostro drohobyensi in praesens et pro tempore existenti mandamus, ut provisoribus eiusdem hospitalis quandocunque salsuginem ipsam pro usu et necessitatibus hospitalis praefati excoqui voluerint, sufficientem copiam bonae salsuginis et non sportaceae, quam vulgariter Kossowa appellant ad duas patellas des, darique facias, atque in hac ipsa libertate excoquendi salis per nos hospitali praefato gracieose donata sicut praemissum est conservandum illud cures pro gratia nostra. Harum, testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum est praesentibus subimpensum. Datum in civitate nostra Cracoviensi, sabbato post festum sancti Martini proximo, Anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimo septimo. Regni vero nostri anno trigesimo primo.

Paulus de Volia vicecancellarius sbp.

Relatio Magnifici Pauli de Volia regni Poloniae Vicecancellarii, burgrabii cracoviensis et gostinensis capitanei.

Dokument oryginalny, pergaminowy, z pieczęcią wyciśniętą na pergaminie.

¹⁾ surowica.

²⁾ bez zachowania porządku.

IX.

1540 R. 21 KWIETNIA W KRAKOWIE.

Zygmunt I warunkowo zakazuje stawiać w samym mieście Drohobyczu cerkiew schyzmatycką.

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, Magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, ac Masoviae etc. dominus et heres. Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis. Quia oppidani nostri Drohobycenses metuentes, ne homines ritus Ruthenici illud oppidum incollentes, sinagogam ibidem extruerent seu aedificarent, supplicarunt nobis, ne praefatis Ruthenis aedificandi ipsam sinagogam potestatem faceremus, allegantes nunquam ante hac eam ipsam sinagogam illic in ipso oppido fuisse. Quorum supplicationibus uti iustis benignae anauentes itaquidem, si praefata sinagoga in eodem oppido Drohobycensi nunquam ante hac fuit, illos circa ipsam libertatem et usum conservavimus et conservamus, nec eisdem Ruthenis aedificandam sinagogam praedictam admittemus. Super quo praesentes litteras ex cancellaria nostra extradi illis mandavimus. Quibus in testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Datum Cracoviae feria quarta proxima post Dominicam Jubilate. Anno Domini Millesimo, quingentesimo quadragesimo. Regni vero nostri anno tricesimo quarto.

Paulus de Vola
Regni Poloniae cancellarius
subscripsit.

Relatio Magnifici Pauli de Volla, Regni Poloniae Cancellarii burgrabii Cracoviensis et capitanei Gostinensis.

Dokument oryginalny, pergaminowy, dobrze zachowany, po pieczęci został skrawek pergaminowy.

X,

1542 R. 20, LIPCA W KRAKOWIE.

Zygmunt I zezwala Drohobyczowi na pobór mostowego i na założenie propinacyi, aby miał środki na utrzymanie dróg w dobrym stanie i na restauracyę kościoła.

In nomine Domini amen. Ad rei memoriam sempiternam. Peculiare est principibus, si unquam quicquam munificentiae

et liberalitatis in subditos suos effuderint memoriam eorum, ne temporum longinquitate aboleantur litterarum monumentis apud posteros relinquere. Proinde nos Sigismundus Dei gratia rex Poloniae etc. dominus et haeres. Manifestum facimus tenore praesentium, quorum interest universis et singulis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. Quamvis annis superioribus civibus nostris Drohobicensibus ad reficiendos et instaurandos pontes aggeresque et alia loca aquarum alluvione inundata circumquaque oppidum nostrum Drohobiez existentia, utque hoc ipsum oppidum nostrum commodius munire possint, theloneum pontale a singulo curru mercibus onusto, medium grossum et a quolibet lignorum curru, unum lignum ad usum eiusdem pontis reparandi, exigendi. Nec non tabernam unam propinandi et cremandi vinam sublimatum et ex quocunque genere liquorum distillandi ad beneplacitum nostrum regium dederamus et concesseramus. Tamen quia intelleximus ex generoso Alberto Starzechowski succamerario leopoliensi loci illius capitaneo hic apud nos praesenti, tum ex ipsis civibus nostris pontes, aggeres et alia loca praedicta perpetua et assidua restauratione indigere, quare praenominati cives Nos de hac re per nonnullos consiliarios nostros humillimis praecibus hic postularunt, illorum in hoc benignam rationem habere, eosque liberalitate nostra et munificentia regia prosequi dignaremur, ut ad reparandos, reficiendosque eiusmodi pontes, aggeres et loca praedicta aquarum alluvione inundata, ad muniendam ipsam ecclesiam, quae isthic vice castrum habetur, alacriores, promptioresque efficiantur, omnesque nunc praesentes et posthac posteri eorum cives drohobicienses hac nostra in se gratia perspecta operam ad id navare contendant. Itaque eisdem ipsis civibus nostris drohobiciensibus praesentibus et futuris theloneum huiusmodi pontale ac tabernam praedictam vini sublimati de certa nostra scientia et gratia speciali denuo dandam, donandam, et concedendam duximus, damusque, donamus et concedimus praesentibus litteris nostris perpetuae et in aevum. Per eosdem cives sive consules drohobicienses praesentes et futuros theloneum praedictum pontale ab omnibus et singulis curribus mercatorum et vectorum mercibus onustis per praefatum pontem drohobicensem in quaecumque partem itineris medium grossum nec non de unoquoque curru lignis onerato unum lignum et quoscunque ex ipsa taberna proventus ac cen-

sus vini distillati haberi et excogitari poterint tollendos, levandos, exigendos ac percipiendos et in munitionem ipsius ecclesiae potissimum quam isthic vice castrum munire coctoque latere moenia et turres successive erigere ac extruere et sumptu suo providere erunt obligati ac ipsorum pontium et aggerum locorumque praedictorum aquis inundatorum restaurationem ita ut omnibus illuc transeuntibus commodus ac securus semper pateat transitus, convertendos idque cum scientia capitanei nostri praefati praesentis et pro tempore existentis ad eundem et non ad alium usum pontale theloneum et proventum ex taberna praedicta convertere tenebuntur tenore praesentium mediante in sempiternum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum et datum Cracoviae feria quinta ante festum Sanctae Mariae Magdalenae proxima. Anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo. Regni nostri anno trigesimo sexto. Praesentibus Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus dominis Petro Archiepiscopo Gnesnensi et episcopo Cracoviensi legato nato et regni nostri primate Samuele Maciejowski, Plocensi et regni nostri vicecancellario, Nicolao Dzierzowski Chelmensi episcopis, nec non magnificis venerabilibus et generosis Petro Kmitha Cracoviensi regni nostri marschalco, Cracoviensi, Scepuensi, Premisliensi, Colensique capitaneo, Stanislaw Odrowansch Podoliae palatinis, Nicolao Wolski, Sandomiriensi, Serenissimae coniugis nostrae dominae Bonae Reginae curiae Marschalco, Lomsensi, Visnensi, Lanckoronensi, Sanocensique capitaneo, Spilkone a Tarnow, Radomiensi regni nostri thesaurario, Siradiensi, Krzepicensi, Krzeschoviensi capitaneo, Bernardo Maciejowski Lublinensi, Severino Boner Bieciensi burgrabio zuppario et magno procuratore Cracoviensi, Bieciensi, Osviancinensi et Zatoriensi capitaneo, Castellanis, Jacobo Uchanski, Cracoviensi referendario, Joanne Bielinski Varschoviensi canonicis secretariis nostris, Joanne Tarlo incisore, Toma Soboczki pocillatore mensae nostrae et aliis quam plurimis dignitariis officialibus et aulicis nostris syncere nobis et fidelibus dilectis testibus circa praemissa fide dignis. Datum per manus Magnifici Pauli de Volia regni nostri Cancellarii, burgrabii Cracoviensis et capitanei Gostinensis syncere nobis dilecti.

Paulus de Vola R. P. Cancellarius subscripsit.

Relatio praefati Magnifici Pauli de Vola, regni Poloniae Cancellarii, burgrabii Cracoviensis et capitanei Gostinensis.

Transumpt wyjęty z dokumentu oryginalnego z r. 1593 Zygmunta III.

XI.

1543 R. 8. MARCA W KRAKOWIE.

Zygmunt I. daje Drohobyczowi cło ze soli i towarów od przybywających do miasta kupców, za co miasto ma utrzymywać mosty i drogi w dobrym stanie i ufortyfikować kościół.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus, Dei gratia rex Poloniae, Magnus dux Lithuaniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Russiae, Prussiae, Culmensis, Elbingensis, Pomeraniaeque etc. Dominus et heres. Manifestum fieri volumus per praesentes universis et singulis harum notitiam habituris. Quiaquum Generosus Albertus Starzechowski castellanus Camenecensis, drohobicensisque capitaneus fidelis dilectus, hic in praesentibus comiciis nobiscum existens nobis declarasset, quod cives nostri drohobicenses omni studio atque diligentia conantur ecclesiam parochialem, seu locum illum ubi antea arx erat, muro atque aliis propugnaculis cingere et ornare, ut isthic ingruente aliqua subita hostium incursione et quapiam alia necessitate homines velut aliquod tutius profugium habere queant. Sed quum adeo tenuis fortunae essent, quod non solum id opus perficere, verum etiam pontes inter gasas, quae vulgo *Wieżé* dicuntur, in quibus sal coquitur, sitos, sine praesidio et gratia nostra speciali, reparare neitiquam possunt, ideo humillimis praecibus per nonnullos consiliarios nostros nobis supplicarunt, ut in subsidium tam perficiendae dictae ecclesiae municionis iam per eos coeptae, quam etiam reparandorum ipsorum pontium a singulo curru salis quartalis etiam a singulis tunnibus omnium et singulorum frumentorum alias pulmiarkiem civili emensurati, quod isthic in gasis vulgo appellantur wieże, in quibus sal coctum conficitur, servari consuevit unum medientem in cuius

perceptione et usu ex veteri consuetudine, ut ex eodem capitaneo nostro intelleximus cives praefati hactenus extiterant, eis perpetue donare dignemur. Nos itaque tam ipsorum civium drohobicensium, quam consiliariorum nostrorum supplicationi non gravatim annuimus, volentes eosdem, cum ad muniendam ipsam ecclesiam, tum ad ipsorum pontium restorationem alacriores et constantiores reddere, ipsis de nostra celsitudinis clementia ac liberalitate regia, medientem praedictum ab omnibus et singulis curribus salis quartalis, tum etiam a singulis tannis omnium et singulorum frumentorum, ut praemissum est, ipsorum civili mensurati vectorum et cuiuscunque status hominum tam ex Magno Ducatu Lithuaniae quam aliunde pro sale cocto venientium dedimus et donavimus. damusque et donamus, tenore praesentium mediante perpetue et in aevum Proinde cives praedicti drohobicienses praesentes et futuri deinceps perpetuis temporibus futuris medientem ab omnibus et singulis ut praemissum est curribus vectorum pro emendo sale isthic undecunque venientium, libere et sine cuiusvis impedimento atque contradictione, tollent ac percipient. Verum tamen cives praedicti munitionem illam ecclesiae praedictae per eos coeptam debite perficere atque pontes inter gazas praedictas consistentes, commode reparare debent, quod tamen cum scientia et consilio ipsius capitanei praesentis et pro tempore existentis facere teneantur. Quas quidem municiones pixidibus pulvere pixidario, aliisque defendiculis provisuri sunt et pixidarium sumptu suo quoque servare erunt astricti, nempe quod necessitate interveniente se illic homines tutari et hostes indetanto commodius reprimere valeant et possint in sempiternum, praesentium per tenorem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum Cracoviae in conventionem generali feria quinta proxima ante Dominicam Iudica. Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo tertio. Regni nostri tricesimo septimo. Praesentibus Reverendissimis ac Reverendis in Christo patribus, dominis Petro Gamrath Archiepiscopo Gnesnensi, legato nato et regni nostri primate nec non episcopo Cracoviensi, Petro Starzechowski Archiepiscopo Leopoliensi, Nicolao Dziergowski Chelœnsi et nominato Vladislaviensi, Sebastiano Braniczki Posnaniensi, Samuele Maczijowski Plocensi et regni nostri vicecancellario, Stanislao Tarlo Premisliensi, Joanne Dziaduski Camenecensi et nominato Chelœnsi

episcopis nec non Magnificis et generosis Joanne comite a Tarnow castellano Cracoviensi exercituum regni nostri et Sandomiriensi, Sthriensi, Lubaczoviensique capitaneo, Petro Kmita de Visnicze palatino et capitaneo Cracoviensi regni nostri Marschalco, Sceusieni, Premisliensi, Kolensique capitanno, Janussio Latalski Posnaniensi et Juniwladislaviensique capitaneo, Joanne a Thenczin Sandomiriensi, aulae nostrae Marschalco, Lublinensi ac Leloviensi capitaneo, Petro de Sluzewo Calisiensi, diboviensique capitaneo, Joanne de Kosz Zielecz Lanciensi, Bidgostiensi Sluchoviensi, Thuchovensi, Naklensique Capitaneo, palatinis. Andrea de Gorka, Posnaniensi et Maioris Poloniae capitaneo, Nicolao Volski Sandomiriensi, Serenissimae dominae Bonae reginae coniugis nostrae amantissimae curiae magistro Lovicensi Visnensi, Sanocensi, Lanczkoronensique capitaneo, Spitkone a Tarnów Vojnicensi, regni nostri thesaurario, Krzepicensi, Sira diensique capitaneo, Severino Boner de Balicze Biecensi burgrabio, Zuppario, magnoque procuratore Cracoviensi, nec non Bie censi, Oszwiazimensi, Zatoriensi, rabstinensique capitaneo, castellanis, Joanne Tharlo incisore, Thoma Szoboczki pocillatore, Joanne Dobrzikowski succamerario Plocensi, dapifero mensae nostrae et aliis quam plurimis dignitariis, officialibus et aulicis nostris sincere et fidelibus nobis dilectis, circa praemissa testibus fide dignis. Datum per manus Magnifici Pauli a Volia castellani Radomiensis, regni nostri cancellarii, burgrabii Cracoviensis et capitanei Gostinensis, sincere nobis dilecti.

Paulus de Vola castellanus Ra- Relatio eiusdem Magnifici Pauli
domiensis ac regni Poloniae a Viola castellani Radomiensis
Cancellarius subscripsit. regni Poloniae Cancellarii, bur-
grabii Cracoviensis et capitanei
Gostinensis.

Dokument oryginalny, pergaminowy; pieczęć większa, znacznie uszkodzona; odcisk i napis w otoku zachowany częściowo, sznurek zielono-brunatny.

XII.

1554 R. 19 KWIETNIA W LUBLINIE.

Zygmunt August kaznodziejom przy kościele drohobyckim daje przywilej na wywarzanie soli w żupach drohobyckich.

